



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocausti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Post Missam. Gratiarum actio, & Vox laudis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

249 *Die Sabbati*  
& ab alienis parce ser-  
uo tuo? *August. lib. I.*  
*Conf. c. 8.*

---

POST MISSAM.

*Gratiarum actio, &*  
*Vox laudis.*

*Pf. 102.* **B**enedic anima mea  
Domino, & omnia  
quæ intra me sunt no-  
mini sancto eius. Bene-  
dic anima mea Domi-  
no, & noli obliuisci  
omnes retributiones  
eius. Qui propitiatur  
omnibus iniquitatibus  
tuis,



*Grat. actio, &c. 241*

tuis, qui sanat omnes  
infirmittates tuas. Qui  
redimit de interitu vi-  
tam tuam, qui coronat  
te in misericordia, &  
miferationibus. Qui re-  
plet in bonis defideriũ  
tuum. Benedicam Do-  
minum in omni tem-  
pore, semper laus eius  
in ore meo. Dicam Do-  
mino, Susceptor meus  
es tu, & refugium meũ,  
& sperabo in eum. Tu  
es qui appares vultui  
Dei pro nobis; qui pa-  
cificas in sanguine tuo  
quæ in terra sũt, & quæ  
in cœlis. Tu claudis, &

*Psal. 33*

*Psal. 4.  
Hebr. 9.*

L nemo



242 Die Sabbati

nemo aperit: tu aperis;  
*Apoc. 3.* & nemo claudit. Tibi  
*Colo. 2.* Domine gloria, & im-  
periū, in quo habemus  
redemptionem per san-  
guinem tuum remissio-  
nem peccatorum, qui  
es imago Dei inuisibi-  
lis, primogenitus om-  
nis creaturæ, in quo  
condita sunt vniuersa  
in cœlis, & in terra; vi-  
sibilia, & inuisibilia;  
siue Throni, siue Do-  
minationes, siue Prin-  
cipatus, siue Potesta-  
tes, omnia per te, & in  
te condita sunt. Tu es  
ante omnia, & omnia  
in



*Grat. actio. &c. 243*

in te perstant . Tu es  
caput corporis Eccle-  
siæ, qui es principium ,  
primogenitus ex mor-  
tuis, in omnibus pri-  
matum tenens, in quo  
complacuit omnem  
plenitudinem habita-  
re . Tu gloria Ierusa-  
lem, tu lætitia Israel, *Iud. 15.*  
tu honorificentia po-  
puli nostri . Benedicāt  
te omnes Angeli, &  
Sancti tui & laudent,  
& glorificent te in sæ-  
cula . Benedicant te  
cœli, terra, mare, &  
omnia quæ in eis sunt,  
& laudent te, & glori-  
ficent

L 2      ficent



244 *Die Sabbati*  
ficent in sæcula.

*Luce. 15.* Beatus venter, qui  
te portauit, & vbera  
quæ suxisti. Beata vi-  
scera Mariæ Virginis,  
quæ portauerunt æterni  
patris filium; & beata  
vbera, quæ lactauerunt  
Christum Dominum.

---

O B L A T I O.

*Thaule-  
rus exar  
G. t. c. 24*

**P** Roinde, benignif-  
sime Pater Domi-  
ni nostri Iesu Christi,  
supplices te rogamus,  
ac petimus, respice ex  
sublimi sanctuario tuo  
ad